est huius septem viciis quibus iam sino
in longum protractus est. Novicius. Virtutibus
eis oppositis. Monachus. Quid sunt virtutes
vel unde dicuntur. Monachus. Virtutes sunt
qualitates mentis quibus recte vivitur.
Dicuntur autem virtutes quasi contra vicia
stantes. Stare debet contra superbiam hu
militas, contra iram lenitas, contra in
vidiam caritas, contra tristiciam spiritualis
iocunditas, contra avariciam largitas,
contra gulam potus cibique parcitas, contra
luxuriam castitas. Quod si in pugna temp
tationum virtutes viciis effecte fuerint
superiores, victoria meritum et meritum
premium sequitur eternum. Quod perseverantibus
in se dicturum pollicitus est dominus noster Ihesus
Christus, qui est via in exemplo, veritas in
promisso, vita in premio. Ipsi cum patre
et spiritu sancto honor et imperium in secula
seculorum. Amen. Incipiunt capitula
quinte distinctionis videlicet de
demonibus. Capitulum primum.

De eo quod demones
sint, quod multi sint, quod mali sint,
et hominibus infesti. ii.
De Henrico milite qui demones esse non
credens per nigromanticum illos vidit. iii.
De sacerdote qui per dyabolum a circulo extractus
et confractus tercia die mortuus est. iiii.
Item de clerico qui apud Toletum dolo dyaboli
extractus et ad inferos ductus et magistri sui
querimoniis reductus frater est monachus. v.
De Hermanno loci sancte Marie qui in diversis
formis demones vidit. vi. De Cristi
ano monacho qui demones vidit. vii.
De demonibus qui visi sunt Moguntie in supplu
veste femine. viii. De sacerdote in Dier
kerchen qui in obitu suo multitudinem vidit de
monum. Item probatio quod plures sint homines quam demones.

De demone qui dixit se malle cum ix.
una anima a se decepta descendere in infernum quam
redire ad celum. x. De alio demone
qui contraria dicebat. xi. De demone
qui confessus est se intrasse feminam eo quod sibi
tradita fuisset a marito. xii. Item de puero
quem dyabolus invasit cum ei pater diceret vade dyabolo.
De obsessa que dixit dyabolum ligatum xiii.
tribus verbis canonis. xiiii. De obsessa
que in insula sancti Nycholai prodidit reliquias.
Quomodo demones sint in hominibus. xv.
De Conuiso cumpensi qui permissione xvi.
episcopatus Halberstadensis deceptus suspensus est.
Item de converso qui voce cuiusdam de xvii.
ceptus in apostasia mortuus est. xviii.
De duobus hereticis qui apud Bizuntium mira
culis fantasticis multis deceptis ibidem exusti sunt.
xix. De hereticis Colonie combustis. xx.
De heresi Waldosiana in civitate Metensi.
xxi. De heresi Albiensium. xxii.
De hereticis Parisius exustis. xxiii.
De heretico apud Treveris exusto qui se dicebat
esse spiritum sanctum. xxiiii. De hereticis Verone
sibi. xxv. De heretico qui dyabolum di
cebat esse principem huius mundi eo quod mundum creet.
De puella quam dyabolus xxvi. Lasser
intravit cum esset quinquennis. xxvii.
De Theoderico converso quem dyabolus trans
tulit ultra civitatem Lubecke. xxviii.
De Allerone converso qui dyabolum viden
do infirmatus est et que sit racio eidem defensis.
De abbate sancte Agathe monacho et xxix.
converso eius qui videntes dyabolum defecerunt.
De duobus iuvenibus qui dyabolum xxx.
in specie mulieris videntes infirmati sunt.
Item de femina que a dyabolo in specie xxxi.
servi sibi noti pressa mortua est. xxxii.
Item de muliere in aere que a dyabolo am
plexata post paucos annos defuncta est.

Item de converso quem dyabolus in specie xxxiii.
monialis meridie dormientem compleccus
infra triduum extinxit. xxxiiii. De thy-
mone milite cum quo dyabolus nocte tesseri-
bus ludens. viscera eius extraxit. xxxv.
De homine qui in Gulacia specie dyaboli
de turri saltans diruptus est. xxxvi.
De demone qui in specie hominis militi fide-
liter servivit. xxxvii. De demone qui Euer-
hardum militem transtulit ihrlm. xxxviii.
De demone qui non permisit hominem a se
obsessum de rapina in quinta generacione gustare.
De dyabolo qui visus est seminare xxxix.
re discordiam inter duos peregrinos amicos.
Item de demone qui in specie sacerdotis xl.
militem per spineta ducens. inimicos illos effecit.
De demone qui dixit se seminasse xli.
discordiam inter militem et cenobium. xlii.
De milite meyngoz. quem dyabolus per pa-
vimentum traxit. xliii. De demone qui
vineam pro mercede custodivit. xliiii. De
eufemia sanctimoniali. quam dyabolus infestavit.
De infestacionibus elyzabeth sanctimo xlv.
nialis a domino. xlvi. De inclusa que
per benedictionem liberata est a demone. xlvii.
De Gertrude inclusa. xlviii. De Con-
verso qui vidit demonem fantasmata mi-
nari in chorum. xlix. De visionibus
hermanni cantoris. l. De inclusa
que demones vidit super scapulas monachorum
de porcetho. li. De monacho a labore
caulium recedente. et a dyabolo per speciem muli-
eris mox temptato. lii. De dyabolo
simili leoni ad stipitem ligato. liii. De
Canonico bunnense ab eo temptato. liiii. Quod
conventum montis sancte walpurgis visitavit. lv.
De sacerdote quem cum gladio eunte ad eccliam
dyabolus terruit. lvi. De campanario quem
dyabolus extulit in pynnam castri ysenburgh.

De eo quod demones sint quod multi sint
quod mali sint et quod hominibus infesti sint. Ca. i.

Recte post tempta-
tacionem tractan-
dum videtur esse
de temptatoribus.
Demones antho-
nomasice dicuntur
temptatores. quia
maxime temptacio mentem impellens ad
peccandum. vel ipsis fit auctoribus vel incen-
toribus. Si dyabolus primum hominem
temptavit in paradyso. si xpistum temptare
presumpsit in deserto. quem hominum tempta-
re non audebit in hoc mundo. Duo siqui-
dem angeli cuilibet homini sunt deputati.
bonus ad custodiam. malus ad exer-
cicium. Novi. De angelis sanctis nulla m-
inest dubietas quin sint. quia plurima
scripta de illis sepe loquuntur. Quod non
demones sint. quod multi sint. quod ma-
li sint. et quod incendiis eternis depu-
tati sint. ex scripturis utriusque testa-
menti vellem michi demonstrari. Mo.
Plurima ad hec probanda extant tes-
timonia de lucifero id est dyabolo. pro-
pter decorem sue creacionis sic dicto. cuius
casum ait ysaias. Quomodo cecidisti lu-
cifer. qui mane oriebaris. et cetera. Quod
factus sit dyabolus. et quod de celo ceciderit.
testis est salvator qui ait. Vidi sathanam
tamquam fulgur de celo cadentem. De quo
Job. Quadam die cum venissent filii dei ut
assisterent coram domino. affuit inter eos
etiam et sathan. Et in psalmo david
loquens de iuda proditore. Dyabolus
inquit stetit a dextris eius. Item alibi
de xpisto. Egredietur dyabolus ante pedes
eius. Et in aliis multis locis dyabolum